Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Stephano papa

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

nis cupidibus lacerati qui intrare presumpserant
mortui sunt. Sunt que reliqui idem facere
vellent et posteris quid eis accidit
ignorarent. Audientes piscatores inde
transeuntes malum quod accidit narraverunt
eisdem et sic illi conversi sunt. Hec in hystoria
tripartita. Quarta causa institutionis
assignari potest. Dominus enim vinculis pe-
tri miraculose absolvit et eidem
ligandi et absolvendi potestatem
dedit. Nos autem vinculis peccatorum li-
gati tenemur et absolvi indigemus.
Ideo quia ipsum in sollempnitate que dicitur ad
vincula honoramus ut sicut ipse a vin-
culis absolvi promeruit et sicut absolven-
di a domino potestatem accepit sic et ipse
a peccatorum vinculis nos absolvat.
Hanc ultimam institutionis causam
non nullam extitisse de facili quis perpen-
dere potest si videat quod absolutionem
a vinculis in apostolum factam epistola comme-
morat, absolvendi potestatem sibi conces-
sam evangelium recitat, absolu-
tionem nobis ab ipso fiendam hodier-
na oratio postulat. Quod autem per cla-
ves quas accepit meritum et digni-
tas absolvat in quodam miraculo quod
legitur in miraculis beate virginis satis
claret. Apud Coloniam urbem in mo-
nasterio sancti Petri erat quidam mona-
chus levis lubricus et lascivus. Hic
dum subita morte fuisset preventus
demones ipsum accusabant et quilibet ge-
nera peccatorum contra ipsum clamabant.
Unum dicebat: Ego sum cupiditas
tua que tam frequenter contra dei pre-
cepta concupisti. Aliud clamabat: Ego
sum vana gloria qua te apud omnes iac-
tanter exaltasti. Aliud autem: Ego sum
mendacium in quo mentiendo peccasti.

Et cetera similiter. Contra quedam bona opera que fe-
cit ipsum accusabant dicentia: Ego sum
obedientia quam senioribus spiritualibus exhibui-
sti. Frequenter deo cantavi. Sanctus autem Petrus
cuius erat monachus pro ipso deprecaturus
dominum adiit. Cum audiret dominus: Nonne in prophe-
tia me inspirante dixit: Domine quis habitabit in
tabernaculo tuo aut quis requiescet et cetera. Qui ingreditur et cetera.
Quomodo hic potest salvus esse cum nec sine
macula sit ingressus nec sit iusticiam
operatus. Rogantibus igitur pro eo Petro cum vir-
gine matre dei hanc dominus sententiam protu-
lit ut ad corpus rediret et ibi penitentiam
ageret. Tunc confestim Petrus clavi quam
manu tenebat dyabolum terruit et in
fugam convertit. Animam vero eius in manu
cuidam qui in predicto claustro monachus
fuerat tradidit et ut ad corpus ipsum reduce-
ret precepit. Qui ab eo pro mercede reduc-
tionis postulat ut singulis diebus psalmum
Miserere mei deus diceret et sepulturam eius
sepe scopis mundaret. Surgens ergo de mor-
tuis ea que sibi contigerant omnibus
enarravit. De sancto Stephano papa. De no

Stephanus papa cum multos gentilium verbo
et exemplo convertisset et multa corpora sanctorum
martirum sepelisset a Valeriano et Ga-
lieno anno domini ducentesimo lx studio
summo perquiritur ut eum et clericos sacri-
ficare cogerent aut suppliciis diversis
punirent. Decreveruntque edictum ut quicumque
eos proderet tota eorum substantia possideret.
Capti sunt x de eius clericis comprehensi statim
sunt sine audientia decollati. Sequen-
ti die Stephanus papa comprehenditur et ad tem-
plum Martis ducitur ut aut ydolum
adoraret aut sententiam capitalem sub-
iret. Sed cum templum ingressus fuisset et
dominum ut ipsum templum destrueret ex-
orasset statim magna pars templi ce-

erit et omnis multitudo pre timore nimio
aufugit. ipse uero aduentum eorum intre
pidus expectauit. Quod audiens ualianus mili
tes plures pluribus ad eum misit. Qui uenien
tes eum missam celebrantem inuenerunt
et stantem intrepidum incepta deuote
perficientem in sua sede decollauerunt.

Inventio corporis prothomris stephi. Anno dni. ccc.
xvii. septimo honorii principis an
no. facta fuisse narratur. Refertur autem
eius inuentio translatio et coniunctio.

Inuentio ipsius hoc ordine facta fuit.
Sacerdos presbiter nomine lucianus in territorio ie
rosolitano quem genadius inter uiros il
lustres commemorat et hoc scripsit. Feria.
vi. cum strato suo quiesceret et pene
euigilaret. uir quidam senex statu
re procere. uultu decorus. barba pro
lixa. pallio candido amictus cui gem
mule auree et cruces inerant con
texte calceatus caligis in superficie
deauratis eidem apparuit quem manu au
ream uirgam tenens tetigit eum dicens.
Summa cum diligentia nostros patefaci
te tumulos quia indecenter despecto
loco reconditi sumus. Vade igitur dic iohi
episcopo iorosolitano. ut nos in honora
bili loco reponat. quia cum siccitas et tri
bulatio mundum concusserit nostri suf
fragiis deus mundo propiciari decreuit.
Cui lucianus presbiter dixit. Domine quis
es. Ego sum inquit Gamaliel qui paulum
apostolum enutriui. et ad pedes meos le
gem perdocui. Qui autem mecum iacet sanctus est
stephanus. qui a iudeis lapidatus extra
ciuitatem proiectus est ut a feris et a
uolucribus deuoraretur. sed hoc omnino ille
prohibuit cui idem martir illesam fi
dem seruauit. Ego autem ipsum cum reueren

cia multa collegi. et in meo nouo tumu
lo sepeliui. Alius autem qui mecum iacet
est nychodemus nepos meus qui nocte
ihm adiit et a petro et iohanne sacrum
baptisma suscepit. Quem propter indig
nati iudeorum principes occidissent eum occi
sissent nisi ob nostri reuerentiam destitis
sent. Verum omnem eius substantiam diripuerunt
et eum a principatu deposuerunt. uerberibus
que eum afficientes ibi ibidem semiuiuum
reliquerunt hunc cum ego in domum meam
duxissem. diebus aliquibus super uixit.
et defunctum iuxta pedes sancti stephi
sepeliri feci. Tercius uero qui mecum est
ipse est abibas filius meus. Qui anno eta
tis sue uicesimo mecum baptisma sus
cepit et uirgo permanens cum paulo
discipulo meo legem didicit. Vxor autem
mea ethea et sollempnias filius meus
qui fidem noluerunt recipere non sunt neque
digni sepulturam fuerunt sed eos alibi
sepultos inuenietis. et eorum tumulos
uacuos et inanes. hoc dicto sanctus Ga
maliel disparuit. lucianus uero euigi
lans dominum exorauit ut sibi uisio
si uera esset fieret eidem secundo et tercio appa
reret. Insequenti igitur feria. vi. eidem sicut
prius apparuit et ait cur ea que sibi dixit
neglexerit que sunt. Scio inquit domine sed
gloriosi si rogaui dominum sibi crede
res ut in tertio appareret. Dixitque ei Ga
maliel. Quomodo inuenire eam cogitasti
si nos inueneris quis singulorum reliquias
discernere posses. exhibeo quem tibi si
militudine ostendo singulorum loculos
et reliquias describo. Ostendit quoque
tres calathos aureos et quartum ar
genteum quorum unum plenum rosis rube
is. et alium rosis albis. Quartum etiam
ostendit calathum argenteum reple